Qui Cogitat mala facere XXXXV.
Stultus Vocabitur. Prou: 24.

Ea est AA Religiosissimi omnium rerum Sublunarium
conditio atq natura, vt simul laudis et Vituperij vberem in se
materiam continentes, pro Diis eam tractantium ingenijs, aut
suauiter laudari, aut amarè Vituperari, aut si ab vtroq ab=
horreat dictum, saltem genuine queant depingi atq de=
scribi. Eadem hodierna die mihi obtigit materia, vt penè quid
agam saxum inter et sacrum hæsitabundus fluctuem; Ea=
lis an passionib. calamum accomodem, dubius pendeam; in
vtramq paratum partem cum materia iubet ambiguitas, ob
alterutro auersit materia, aut leuitas aut grauitas; De
Bachaliorum insania, quæ hoc mox tempore classicum cani=
nere consueuit, dicturus laudem ea an Vituperem potius igno=
ro, nec n. si calculum bene subduco, laude omnino indigna, nec
Laude omnino digna videntur, indigna laude quod effreni hominum
gregi nunc ad omnem et nequitiæ et insaniæ viam liberas im=
mittat habenas, et rationales penè omnes irrationalium pro=
prietatib. transmutet, ipsamq si quæ est in hominum cordib.
sapientiam et prudentiam insipientia et imprudentia
peruertat. Laudanda Vero quod ipsam insipientiam, qua
prô dolor ebrium exundat humanum ingenium meridiana
nunc luce clariorem proponat, et quid intra corporis penetra=
lia et latuerit hactenus, et etiamnum lateat extrinsecus et periodona